

quia mecum omnes id compertum habent, conjecturas scilicet optimas a Codicibus melioris notæ semper fere confirmari. Consulto sæpe rem illam adstruximus, et, ut facilior via conjecturas ad certissimas foret patefacta, variæ * lectiones causæque varietatis diligenter enotatæ sunt: occasione quoque data, litterarum propter aut vocum confusionem, latius evagati sumus, ut exempla rei similis corradarem. *Hac enim via, Piersoni verbis utor Præf. Mœr. p. xxi. sæpissime in aliis libris, in quibus MSStorum auxilio destituimur, librariorum errores investigantur ac deprehenduntur.*

Inter omnes peccandi modos, quibus librarii scripta vitare solent, is longe eminet quo lacunæ fiunt et addita-menta: sæpe enim litteras ejusdem vel similis formæ librarii repetunt, sæpius autem omittunt. Prior pars observationis est tritissima. Posterior quoque non nova quidem, plerisque tamen, si Viros paucissimos, in hac arte Critica principes, excipias, incognita. Nobis igitur liceat rem paulo altius repetere, hoc ordine servato, ut loca citem, in quibus vel MSS. vel edd. primariae litteras repetunt, aut omittunt; deinde ut ea citem, in quibus litteræ vel repeti vel omitti debent, ex meis aliorumve conjecturis.

* Locus est notabilis in Choeph. 502. nonnisi lectionum ope variarum emendandus. Tu lege Παῖδες γὰρ ἀνδρὶ καὶ θανόντι κληιδόνας Σώζουσ' ὅπως φελλοὶ δ' ἄγουσ' ἀνω λίνου κλωστῆρα δίκτυ' ἐκ βυθοῦ σωτήριοι. Clements errore solito κατθανόντι: vid. Porson. Orest. 301. Confer et Euripid. Meleagri Fragm. XIII. Παῖδες δὲ χρηστοὶ, καὶ θανοῦσι, δώματος Καλὸν τὸ θησαύρισμα. Μοχ σῶζοντες transposui in σῶζουσ' mutatum. Deinde præbet Eustathius ΦΕΛΛΟΙ Δ ΟΠΩΣ ΑΓΟΥΣΙΝ ΑΝΩ. Optime IN ΑΝΩ. Hinc enim fluxit illud Clementis ΔΙΝΩ: sed Rob. et Pollux λίνου. Denique vulgo δίκτυον; male: vid. nos Append. p. 171. C. Nec minus notabilis est Sophocl. Trach. 943. Tu lege — ὥστ' εἴ τις δύο Καλῶς τελεστάς ἡμέρας λογίζεται Μάταιός ἐστιν· οὐ γὰρ ἐσθ' ἡ'ς αὔριον Πρὶν ἢ πάθης τι (vulg. πάθης τις) τὴν παροῦσαν ἡμέραν. V. 2. Ald. η ΚΑΙ ΠΛΕΟΥΣ. MS. B. ΠΛΕΙΣΤΑΣ. E quibus, deleta η, erui ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΕΣΤΑΣ. Cf. Philoct. 1381. Ἄ σοι γ' ὄρῳ κάμοι καλῶς τελούμενα. Μοχ ἡ'ς cum Wakefieldo. Deinde loco εἰ posui η huc retractum. Ad Homericum illud (Il. Ω. 551) πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθῃσθα: Sophocles respexit.